

VARII  
TRACTATUS

D. BARTHOLEMAEI

CAEPOLLAE VERO-

NENSIS, I. V.

DOCT.

CAVTELAE

INSCRIPTI

VVLGO.

*Quorum catalogum sequens pagina  
demonstrat.*



LVGDVNI,  
Apud Haeredes Iacobi Iuntae,  
M. D. LII.



TRACTATUS  
CATALOGVS TRA-  
CTATVVM.

Tractatus de seruitutibus vrbanoꝝ prædiorum.

Tractatus de seruitutibus rusticoꝝ prædiorum.

Tractatus de vscapione, Pro emptore, Pro donato, Pro suo, Pro soluto, Pro legato, Pro derelicto.

fol. 583 — Tractatus de simulatione contractuum, emptionum, ac venditionum, reuenditionum, & locationum.

Repetitio legis, Si fugitiui. cum Autent. Sed nouo iure. Cod. de Seruis fugitiuis.

Tractatus Cautelarum.

Tractatus Cautelarum Thomæ Ferratij Brixiani.

Tractatus Io. Thierri Lingonensis de fuga Laconica.

Consilium Signoroli de Homodeis.

LVDVNI

Apud Hardeusiaci

M. D. LII.

# REP E R T O R I V M

## IN T R A C T A T V S D E

Seruitutibus vrbanoꝝ  
& rusticoꝝ præ-  
diorum,

per

D. LVCAM PANETIVM

artium & legum pro  
fessorem.

Prior numerus est rerum in unoquoq; capite contentarum:  
secundus vero paginarum.

### De seruitute personali.

CAP. I. pag. 2

Seruitus personalis quæ dicatur  
numero 1. pag. 2.

Seruitus quo iure introducta fue-  
rit aume. 2. pag. 2

Seruitus propter peccatum ortum  
habuit 3. 3

Bello capti inter Christianos serui  
non efficiuntur 4. 3

De seruitute reali. CAP. II. pag. 4

Seruitus realis quæ dicatur 1. 4

Prædij nomē immobilia tantū com-  
plectitur 2. 4

Seruitutis realis diffinitio quænam  
3. 5

Seruitus quædam qualitas est, nō au-  
tem substantia 4. 5

Seruitutes reales vel prædiales quādo  
sunt, quomodo cognoscantur 5. 6

Actio personalis fundum non sequi-  
tur 6. 7

Concessionis verba quando sonant  
in ius, quæ seruitus eliciatur 7. 7

Concessio quæ in ius sonat, quādo  
est respectu incerti, sed certifican-  
di per eum cui sit, qualis seruitus  
colligatur 8. 8

Colligere pomum ex arbore mea,

vel ex cisterna mea aquā hauri-  
re, an seruitus personalis esse di-  
catur 9. 8

Jurisdicctio & multa alia incorpora-  
lia, quæ personæ & nō rei debentur,  
ad heredem transeant 10. 9

Intelligere an aliqua seruitus sit rea-  
lis vel personalis, quæ utilitas se-  
quatur 11. 10

Actio confessoria datur contra quæ-  
libet impediētem vel turbantē,  
vbi seruitus existat 12. 10

Seruitus realis actiue & passiuē ad  
heredes transfertur 13. 10

De seruitutibus mixtis.

CAP. III. pag. 11

Seruitutes mixtæ quæ dicantur 1. 11

Seruitutes mixtæ species quot sint  
2. 11

De prima seruitute mixta, videlicet  
de seruitute vsu-fructus.

CAP. IIIII. pag. 12

Vsufructus formalis & causalis qui  
dicantur 1. 12

Vsufructus quid & quotuplex sit 2. 12

Dominium quotuplex esse dicat 3. 12

Fundus ad vsufructum, vel ad vsu-  
fructuandum, si alicui relinqua-  
tur, an tunc vsufructus, vel pro-  
prietas

# TRACTATUS

## DE SERVITVTIBVS

VRBANORVM PRAE-

DIORVM,

BARTHOLEMAEI

CAEPOLLAE I. V.

DOCTOR.



**Q**UOD I. alius artis vel doctrinae scientiam profitetur, duo in primis memoria debet querere. Primum recte docere, quo vix quicquam adeo utile sibi & auditoribus inueniri aut esse potest. Alterum est scribere, & quod vigilando longo tempore didicerint, id elaboratum & perfectum in scriptis edere. Sed hoc vltimum vtilium semper esse existimaui: praesertim quia pluribus atque sepius communicari potest. Quod enim voce traditur, soli auditores, & vna tantum aetate, & eo solum tempore, quo traditur, intelligere possunt: ac id etiam sepe numero eorum memoria delet obliuio: scripta vero, quae magis digesta esse solent, donec reperiuntur, vniuersos omniaque tempore & habere & legere possunt. Propterea ego Bartholomaeus Caepolla de Verona, qui iuris civilis &

pontificij scientiam profiteor, licet immeritus, non solum legere atque docere in utroque iure semper mihi cura fuit, sed etiam aliquid scribere, & quod diu legendo consecutus sum, id auditoribus meis pro communi vtilitate literis tradere, laborandum esse putavi. Nec vnquam libellum, de quo iam ab alio scriptum reperiat, scribere volui, licet nonnulli quibusdam additis & detractis id facere, consueverunt: sed ea tantum de re pro fructu maiori, de qua nemo vnquam tractatum aut libellum, quem sciuerim, scripserit. Cum igitur nullus iurisconsultorum nostrorum haecenus librum de seruitutibus composuerit: & subtilis admodum atque vtilis sit, ac etiam in foro quotidie versetur, opusculum quoddam de ipsis tam urbanis quam rusticis in hoc publico gymnasio, in quo publice lego iura ciuilia, pro omnium vtilitate scribere, & auditoribus meis, qui hoc a me sepius me quaesierunt, in scriptis edere, in animo constitui. Quod opus duobus libris, vno de urbanis, altero de rusticis seruitutibus diuiditur atque constituit. In eo tractatur questio

Bald. formalem uidelicet in c. sicut urgeri j. q. j. qui tex. dicit, q. licet manus arida sit sine sanguine, tamē membrū est. & ad arg. Bald. respondet, ut per Paulum hic & alle. Anz. in d. l. ij. dicit tamen opi. Bald. uno casu posse saluatri, uidelicet si manus arida esset talis, quod magis expediret non habere quam habere, puta canerosa, uel talis, que uisu terrore induceret, adeo quod ad saluandum totum corpus, opus esset illam amputare, quia tamen non posset illius amputationem eligere, cū non cederet sibi ad pœnam, sed ad maximum commodum, maximè si commississet delictum ea intentione, ut illa manus sibi amputaretur, cū quis nō debeat ex sua malitia commodum reportare. ca. intelleximus. de in. Et adde ad ea q. notauit s. l. quicumq. col. xj. Quid si delinquens habeat solā manū, an illa debet amputari? uide j. q. seq.

c Quod dicitur fieri saepe. Adde & uide Alex. de Imol. in l. saepe. ff. de re iudi. & ultra eum adde, quod Inno. in c. cum oporteat. in princi. de accu. dicit,

quod relinquitur arbitrio iudicis. & sequitur Arc. ij. q. viij. in summa.

d Est graue. Adde eundem Cap. in cōsil. xxvj. colum. iij. uersi. circa secundum. in fi. quod consi. habetur etiam in j. uol. consiliorum. Alexan. consil. c. xxxv. & ibi, quis dicatur domesticus.

e Non deb. Adde Imo. in d. §. dominus. & in l. stipulatio ista. §. alteri ff. de uerborum obligat. & Fel. in c. j. col. ix. de consti. in utr. tertius casus, cum duobus col. se ubi late, quando in foro conscientia pœna legalis ponitur, et ad gla. in d. c. fraternitatis. ponitur quae fal & uide etiam aliquid per las. in §. sed iste. col. xxij. uersi. & an in foro conscientia. Insti. de act.

f Vnum fur. Quod furtum dicatur unum, adde & uide Bald. in consilio cclxij. incip. ad audientiam. in v. uol.

g Pro tertio fur. Adde & uide consilium, quod est inter consilia Baldi cccclxvij. in v. uol. qui uidetur limitare hoc procedere, quando tertium est furtū post illa duo. secus si primò, quia tunc non potest puniri.

# TRACTATUS D. IO.

THIERRI I. V. DOCTOR. TO

TAM MATERIAM FUGAE

LACONICE COMPLECTENS.

1 Fuga serui, eius praescriptionem impedit sicut animalis fuga.

2 Fuga facit semiplenam probationem, tamen non tota, si aliter statuto disponeretur, licet quem in mala fide constituat.

3 Fuga est triplex, scilicet uoluntaria, casaria, & ignominiosa.

4 Fuga an proprie dicatur, quando quis latitat, ut fugiat, sed non comprehen-

ditur.

5 Fugiens in domum propriam, an possit in ea capi, & per Officialem pro debito civili extrahi.

6 Fugiens ad Ecclesias, an sit tutus.

7 Debito civili si quis ducatur per ecclesiam, non gaudebit ecclesia immunitate.

8 Titius homicida si nō potuit fugere ad ecclesiam, sed inuenit quendam sacerdo-

presentetur, non ut occidatur. ita in  
 14 tit. de accusa. §. j. versu hoc tñ. Ad  
 hæc queritur, an fuga faciat solā sus-  
 pitionē. Bar. in l. admonēdi. de iu-  
 re iurā. & ibi gl. tenet, q̄ faciat semi-  
 plenā probationē: qđ est limitandū  
 secundū Socyn. nisi q̄s timore fami-  
 lię rectoris aufugiat, & postea citat̄  
 à iudice cōpareat. tunc enim purga-  
 tur oīs suspitio. tex. in l. q̄s sit fugiti-  
 uus. §. j. ff. de ædil. edic. Itē fallit, ni  
 si aliqua causa excuset fugiētē, puta  
 tenere p̄tialitatem in ciuitate, vel  
 qđ aliud. d. l. q̄s sit fugitiuus. §. apud  
 Labeo. Itē limitandū est dictū Bar.  
 secundū Socy. q̄ fuga iudiciū facit,  
 vt dicitur in d. l. admonēdi. & clari⁹  
 in l. Corne. ff. ad senatu. Sylla. videli-  
 cet, qñ aufugit ante accusationē de  
 se factā, secus si post: q̄a tūc licet sibi  
 sanguinē redimere. in l. j. in fi. de bo.  
 eo. vbi Bart. tenet per illū tex. quod  
 est intelligendū, qñ delictū erat ca-  
 pitale, ex quo aut debebat occidi,  
 aut mēbris mutilari. secus si esset im-  
 ponēda p̄na pecuniaria. Tamē est  
 notandū, q̄ in casu specialifuga ple-  
 nē probat. l. cōsiliarios. & ibi Docto.

15 C. de alleſſo. Finaliter queritur,  
 fugitiuus, qui vadit ad aliā patriam,  
 an poterit citari per iudicē loci, in  
 quo deliquit sine iudicis requisitione  
 illius loci, cū hic forū sortiatur ratio-  
 ne criminis: vt C. vbi de cri. agi. o-  
 port. aut. qua in prouincia. Aliqui di-  
 cūt, q̄ sic. & allegatur pro hoc tex. in  
 loīs. §. si verō apparitor. C. de epis.  
 & cle. & in l. fi. ff. de offi. præfec. vrb.  
 nec obstat l. fi. ff. de iurisd. om. iud.  
 Tamē cōtrariū seruat̄ de facto. vn-  
 de aut commisit in illa iurisdictione  
 extranea, aut non. Si in illa cōmisit,  
 tūc debet iudex, qui cū captū deti-

net, primò ipsum punire, si crimea  
 ibi cōmissum sit tale, qđ nō impedi-  
 at executionē alterius iurisdictionis:  
 vt puta si crimē sit tale, qđ mor-  
 tem nō exigat, & aliud primò com-  
 missum mortē exigeret: q̄a tūc pri-  
 mò de minori p̄na, deinde de ma-  
 iori esset tractandū. ff. de accusa. l. si  
 cui. §. si. & sic in loco captionis pōt  
 manū, vel aurē amittere: & deinde  
 est remittēdus ad aliā iurisdictionē,  
 in qua mai⁹, vel equale crimē cōmi-  
 sit: & sic executio vna aliā impedire  
 nō debet: ita Bar. in d. l. si cui. §. si. su-  
 præ allegato.

## CONSILIVM

D. SIGNOROLI DE  
 Homedeis & Raphaēlis Ful-  
 gosi Doctorum.

**I**N CHRISTI nomi-  
 ne amen. Supposito  
 statuto ciuitatis Medio-  
 lani, ibi, vt stet̄ sacra-  
 mento eius, cui defer-  
 tur in oībus & p̄ oīa, tā super forma  
 sacramēti, q̄ quibuslibet alijs depen-  
 dentibus, vel facientibus, ad nego-  
 tiū, de quo queritur. Pro cui⁹ euidē-  
 tia sciendū est, q̄ negotia dicūt̄ cō-  
 nexa, quādo sunt negotia idē debitū  
 tangentia: quorū vnū tendit ad obli-  
 gationē, alterū ad eiusdē debiti libe-  
 rationē: vt si dico te debere mihi x.  
 & tu respōdes te debere, sed tibi es-  
 se factū pactū de nō petēdo, vt no. p̄  
 Bar. in l. Aurelius. §. eū qui. ff. de lib.  
 leg. Itē plura dicūt̄ negotia cōne-  
 xa, qñ plura sūt negotia. quorū vnū  
 p̄cedit ab altero. hinc est, q̄ crimen  
 adulterij, & lenocinij dicūt̄ cōne-  
 xa, q̄a vnū procedit ab altero: vt no.

Bart,

## C A V T E L A E

I. V. DOCTORIS

E M I N E N T I S =  
S I M I,

D. THOMAE FER

R A T I I A D V O -

C A T I B R I X I -

A N I.

\*

Cautela pro illo, qui est de ter-  
ris ecclesie, ut possit legitima  
ri ab imperatore. I.

1. Papa an potestatem habeat legitimandi in terris imperij, & ecōtra, an Imperator legitimare possit in terris ecclesie.
2. Legitimare non potest princeps de potestate ordinaria spurios sive bastardos, sicut legiti-<sup>m</sup>is & naturalib<sup>9</sup>.
3. Imperator legitimare spurios, sicut legiti-<sup>m</sup>is & naturalib<sup>9</sup>, est unū pec<sup>2</sup>.
4. Comites sacri palatii habentes genera-  
lem potestatem legitimandi, in prae-  
iudicium legitimorum & naturalium  
legitimare non possunt.
5. Concessione in generali non ueniunt,  
ea, quae nisi de potestatis plenitudine  
ferri non possunt.
6. Scholares omnes in studiis publicis stu-  
dentes, sub imperiali protectione Im-  
peratoris existunt.
7. Appellari potest ad papam de iure ca-  
nonico omisso medio, secus tamē de iu-  
re civili: excipiuntur tamē scholares in  
studiis publicis studentes.
8. Scholarium ad defensionem, Impera-  
tor de speciali gratia sponte se offert.



NTIQUA  
& moder-  
na iuris pru-  
dētia, inter  
se altercata  
est, nūquid  
Papa quādo  
nō disponit  
i radice ma-  
trimonij, habeat potestatem legitimā  
di in terris imperij, & ecōtra, an Impa-  
tor possit legitimare in terris eccle-  
siae. Et omnis fundamētis, quae hinc  
& inde adducuntur, communis opi-  
nio est, quod cum iter eos distincte  
sint potestates, quod Papa nō possit  
legitimare in terris imperij, nec ecō-  
tra ipse imperator in terris ecclesiae,  
prout tenet Bal. in l. j. C. de iure au-  
reo. anulo. ubi dixit, q̄ ita aliās cōsu-  
luit, & q̄ ista ē veritas. tenet idē Bal.  
& Salyc. in proemio C. Bald. in l. eā  
quā. in vj. col. uerf. cōsuevit esse que-  
stio. C. de fideic. & in cōf. xxxvij. inci-  
piē. punctus questionis talis est. in ij.  
parte. Pet. de Anc. i cōf. mihi cccxx.  
incipiē. primū dubiū nō est nouum.  
Fran.